SAMMELHANDSCHRIFT MIT ACTA UND SERMONES DES BASLER KONZILS

Basel, 1435 Seite 206r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=833
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

Reuerendissimi reuerendique patres venerabiles et egregij Recommendaciones
cordiales et affectu sincero complacendi vestris Reuerenciarum litteras accepi
mus cum gaudio et honore per manus Magistri Johannis pulchripatris
venerabilis sacre pagine professoris audiuimus eciam illa que nobis vestri
parte intimauit eleganter Et quamuis ipse Magister Johannes suam
expedicionem crebrum in instancijs continuataque diligencia penes nos pe
nerit prosecutam illum tamen diucius detinuimus quid in negocijs suis
possemus comodius Nunc autem verbale dedimus sibi responsum ves
tris dominacionibus parte nostri referendum ut ipsius relatibus pos
sitis lucidius informari Et si aliqua vobis grata fuerint que
possimus conabimur pro viribus Iocundanter adimplere Valete
altissimo qui vos dirigat et conseruet in prosperis et votiuis Scriptum
in villa nostra Burgensi xj die Mensis octobris

Alia

Reuerendissimi Reuerendique patres et domini prout alias per equitatorem nostrum
vobis scripsimus summus pontifex sanctissimus dominus noster cui alias
super confirmanda eleccione canonica de persona venerabilis consiliarij nostri
Magistri Johannis de squay de nobili et diuina britanie genere procreati
In episcopum Bauarem sancte et canonice electi facto scripsimus ipsi eleccionem
et ipse de illam putando minus debite expectat quedam alium
episcopum de partibus extraneis oriundum eciam ut fertur minus debite super
decreuit transferre conatus est licet per ipsius electi capituli et ecclesie
Bauorum procuratores et solempnes Ambasiatores electoris predicte
decretum cum certis Iuribus et munimentis infra huius tempus Iur
putatum fuerit Quamobrem procuratores predicti sentientes se super hijs
et alijs inportabiliter et vltra modum grauatos ad sacrosanctum
Basiliense Concilium appellarunt sperantes prout et nos eciam non dubita
mus de complemento iusticie sibi ministrando Nos igitur attendentes
quod sanctum et iustum est ad subleuamen oppressorum consone iusti
cie Maxime Iura volunt et decreta sacri Concilij Constanciensis
sanxiunt elecciones potissime kathedralium ecclesiarum pro tempore a Iure
statutum per papam expectari et per eum si canonice fuerint confirmari
debere Vos qui ad vniuersalis ecclesie reformacionem vocati et in spiritu
sancto congregati estis affeccione qua possumus cariore Rogamus
quatenus sola rei veritate inspecta eidem consiliario nostro bonum